



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Argumentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

habemus, Quoniam expectabant Dei patientia, D. August. epist. 99. legisse, Quando expectabat patientia Dei: cui lectioni non repugnat Græca sententia, quæ sic habet: οτε α περιδεξτο ηδ. ηε μαροθυσηη, potestque transferri, Expectabat, vel, Expectabatur Dei patientia, cum α περιδεξτο sit in voce media, quæ utranque significationem habet. Quare iuxta lectionem Augustini sensus est illis centum annis premissa diluuij comminatione expectasse Dei patientiam penitentiam mortalium, & conuersionem, ut ne diluuius orbem delere cogeretur In eandem sententiam, D. Chryl. hom. 25. super Gen. obseruauit, quod idcirco Deus non de repente orbem diluuij aquis obruerit, sed quadraginta dies, & quadraginta noctes aquas, subinde succrescere voluerit, cum vno momento orbem diluuius perdere potuisset. Facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Quod quadraginta diebus, inquit Chryl. & quod quadraginta noctibus inditum est diluuium, & istud ipsum bonitatis maximum specimen est: volebat enim propter magnam misericordiam etiam aliquos ex eis castigatos generale hanc interuersionem effugere, cū ante oculos, viderent proximos suos perire, & innumerere sibi communi interitum: verisimile enim est primo die bonū aliquam partem diluuii perisse, & secundo die accrescisse aliquid diluuii, & similiter die tertio, & quarto, & reliquis, atque ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, ut omnem defensionis prætextum adimeret: nam si voluisset, ac imperasset, potuisset annis vno momento perdere diluuius, sed pro sua misericordia tanta dierum productione usus est. Mitto innumera Prophetarum vaticinia, quibus Deus Hebræorum populo ventura mala multo ante prædixit, ut videre est apud Hieremiam, Ezechielem, exterōsque omnes Diuinos vates, quos tanquam aquilas volantes per medium cæli emittebat, ut voce magna clamantes: *Vae, vae, vae habitantibus in terra, peccatorum animos portetere tent, & antequam adueniret tempus supplicis definitum, ad penitentiam iniecerent.*

Gen. 7. 12.
D. Chryl.

ARGVMENTVM.

Persequitur Iohannes tertiam huius operis visionem. Cūque superiori capite ex septem illis Angelis, quos cum tubis in cælo conspexerat quatuor tantum explicauerit, per se deinceps tres alios explicare, eorūque visionem commemorat tribus capitibus sequentibus. Hoc vero caput quinti, & sexti Angeli narrationem complectitur.

CAPVT NONVM.



Quintus Angelus tuba cecinit: & vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei clavis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, & aer de fumo putei: & de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terre: & præceptum est illis, ne læderent scænum terre, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Et datum est illis, ne occiderent eos: sed ut cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, & cruciatus scorpionum, cum percussit ho-